bebunt Actis suis praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus

Vrbanski Consorti Reformat

61 Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobilis Andreas Vrbanski olim Nobilis Joannis Vrbanski Filius Sanus mente et corpore existens a Fernis Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Nobili Christinae Dzikowna Generosi Stanislai Dzik cum olim Generosa Elisabetha Stoypacha procreatae Filiae sui vero regnantis Consorti legitimae eiusque potentis Summam Mille florenorum polonicalium ratione vero Dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae Nec non aliam similem Summam Mille florenorum polonicalium Ratione certi Justi et liquidi Dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et Obligatoriorum mobilium et immobilium Summarumque quarumuis pecuniarum nunc habitarum et in post habendarum dedit dotauit dotalitiauit inscripsit et reformauit prout praesentibus dat dotat inscribit et reformat Quam quidem medietatem bonorum generaliter omnium eadem Consors sua cum omni Jure Dominio et proprietate Vtilitatibus fructibus commodis et emolumentis quibusuis tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pa

cifice

cifice. Ususfructus vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante

Bilinski Consortem Suam Stanet ad abrenuntiandum.

61

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Nobilis Joannes Bilinski olim Nobilis Thomae Bilinski Warda dicti Filius sanus mente et corpore exi stens a Foris Districtibus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprio et competenti recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad Acta praesentia attinet Secum Succes soribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incor porando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum re cognovit Quia ipse se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniariis datis et habentibus Nobilibus Thomae Joanni et Georgio Bilinskim Mielkowiczom Nobilis Maryssia Bilinska sui regratis Contis legendis Fratribus germanis eorumque posteris inscribit et obligat praesentis Nobilem Maryssiam Bilinska sui vero recognoscentis Consortem legitimam vel in eventu mortis Successores illius cum assistentia sui regratis, ad faciendam per ipsam Inscriptionem Abrenun tiatoriam de bonis paternis et maternis eandem in Vinculis et expeditionis legitime concernentibus ad Acta quaevis